

472

Lib. III. Cap. X.

26. Not. 3. Requiritur etiam, ut maior dis-
junctiva non constet ex contradictoriis for-
maliter talibus, cujusmodi sunt v. g. doctus,
non doctus, unde ex hâc majore: Aut homo est
doctus, aut non est doctus nihil potest concludi,
si enim v. g. antecedens ponitur h. m. *homo est*
doctus, consequens est removendum per con-
tradictoriam, h. m. *E. homo est doctus*, quâ ra-
tione conclusio non est diversa à minore,
quod tamen requiritur ad bonum syllogi-
smum. Similiter nihil lequiritur, si consequens
ponitur, ut removeatur antecedens, nam syl-
logismus erit talis: *Aut homo est doctus aut non*
est doctus, Sed non est doctus. E. non est doctus,
quâ ratione iterum conclusio non est diversa
à minore propositione.

27. Sicut autem in conditionali: ita et-
iam in disjunctivô syllogismô duæ sunt fi-
guræ. Prima est, cum positô uno remove-
tur alterum, e. g.

Aut hoc animal est homo, aut est brutum.
Sed est homo. E. non est brutum.

Vel

Est brutum. E. non est homo.

Secunda est; cum rematô uno ponitur al-
terum, e. g.

Aut fide justificamur, aut justificamur o-
peribus.

Sed non justificamur operibus. E.

Justi-